Alleluia.

V. Misso herode spiculatore precepit amputari caput iohannis in carcere.

In illo tempore. Misit herodes S. Marcum.

et tenuit iohannem: et uinxit eum in carcerem propter herodiadem uxorem fratris sui quia duxerat eam. Dicebat enim iohannes herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: et uolebat occidere eum nec poterat. Herodes enim metuebat iohannem: sciens eum uirum iustum et sanctum et custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat: et libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidisset: herodes natalis sui cenam fecit principibus et tribunis et primis galilee. Cumque introisset filia ipsius herodiadis et saltasset et placuisset herodi: simulque discumbentibus: rex ait puelle. Pete a me quod uis: et dabo tibi. Et iurauit illi: quicquid petieris dabo tibi licet dimidium regni mei. Que cum exisset: dixit matri sue. Quid petam? At illa dixit. Caput iohannis baptiste. Cumque introisset statim cum [festinatione ad regem...] rex propter iusiurandum et propter simul discumbentes noluit eam contristare. sed misso spiculatore precepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere: et tulit caput eius in disco et dedit illud puelle: et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius: uenerunt et tulerunt corpus eius et sepelierunt illud in monumento. Of. Posuisti.

Munera tibi domine pro sancti martiris Secr. tui iohannis baptiste passione deferimus. quia dum finitur in terris factus est celesti sede perpetuus. quesumus ut eius obtentu nobis proficiat ad salutem. Per. Co. Magna est. Postco.

Conferat nobis domine sancti iohannis baptiste utrumque sollempnitas. ut magnificata sacramenta que sumpsimus significata ueneremur: et in nobis potius edita gaudeamus. Per. Eodem die sabine uirg. Or.

Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili uictoriam martyrii contulisti. concede propitius: ut cuius natalicia colimus. per eius ad te exempla gradiamur. Per. Secr.

Hostias tibi domine beate sabine martiris tue dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per. Post co.

Diuini muneris largitate satiati quesumus domine deus noster: ut intercedente beata

HYK M. 31

[illegible] supplices. or.

M... despcam. ut sicut nos iugiter scorum tuorum commemoratione letificas ita semp supplicatione defendas. p. Epla. Iustorum aie. gr. Gloriosus ds. Alla. v. Mirabilis ds. Ewg. Egredientem ihm de teplo. off. Letamini in dno. Secr.

Hostias dne tue pleb intende. et qs honores scorum tuorum deuota mente celebrat. pfice sibi sentiat ad salutem.

p. co. Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine dicit dominus et quod in aure auditis predicate sup tecta.

Repleti dne munib sacris. pco. qs ut intercedentib scis tuis in graciarum semp actione maneamus. p. C. f. s. Egidii abbis. et s. ce prisce uirginis. Os iusti. Gla in ex.

Pretende nob dne misericordiam tuam. et beati egidii abbis intercessio cui nos dedisti patrociniis adiuuari. tribue ut maiestatem tuam exoret p nob. p. Epla. Iustum deduxit. gr. Os iusti. Alla. v. Posui adiutor. Ewg. Nemo ascendit luc. of. Veritas mea. Secr.

Intercessio qs dne beati egidii abbis munera nra commendet. nosque eius ue...

...tra omnia muniam aduersa et ad gaudia eterna consequenda. spes nob suppetat et facultas. p. Eod die s. prisci mr. Or.

Omps sempiterne ds fortitudo certantium et martyrum palma sollempnitatem hodierne diei ppicius intuere et ecclesiam tuam continua fac celebritate letari. ut intercessione beati martiris tui prisci omnium in te credentium uota perficias. p. Secr.

Huius tibi dne pcib qs hec grata reddantur oblatio. p cuius festiuitate immolanda. p. dnm. pco.

Presta qs dne ut sacramenti tui participatione uegetati. sci quoque martyris tui prisci pcib adiuuemur. p. C. f. Sci Antonini mris. Or.

Omps ds fidelium tuorum indeficiens conseruator. qui hunc diem in gloria martyris tui antonini clarificare dignatus es solepnitate. exaudi preces supplicantis ecclie. et presta ut quod deuote expetit eo suffragante consequatur. p. Secr.

Oblatis quis meamur. p.

Omunerib maiestati tue dne deuote supplicamus. ut beatus martir antoninus exoret hoc mysterium digne perficere. p. dnm. pco.

Muneris sacri refectione uegetati

...m ei cum. Et fecit ei conuiuium
magnum leui in domo sua. Et erat turba
multa publicanorum et aliorum qui cum illis
erant discumbentes. Et murmurabant
pharisei et scribe eorum dicentes ad disci-
pulos eius. Quare cum publicanis et pec-
catoribus manducatis et bibitis? Et res-
pondens ihesus dixit ad illos. Non egent qui
sani sunt medico: sed qui male habent.
Non enim ueni uocare iustos: sed peccato-
res ad penitentiam. Off. Gloria et honore. Sec.
Apostolici reuerentia culminis offerentes
tibi sacra mysteria. quesumus domine ut beati
apostoli tui mathei et euangeliste suf-
fragiis. cuius natalicia preuenimus hec
plebs tua semper et pia uota depromat.
et desiderata percipiat. Per. Co. Posuisti d. Pco.
Beati mathei apostoli tui domine et euan-
geliste quesumus domine supplicatione pla-
catus. et ueniam nobis tribue et remedia
sempiterna concede. Per. C. e. Sci Ma-
thei apostoli. Introitus. Os iusti. Gla.
Beati mathei apostoli tui et
euangeliste quesumus domine precibus
adiuuemur. ut quod possibilitas
nostra non obtinet. eius nobis intercessione
donetur. Per. Epistola. Unicuique
nostrum data est. Gr. Beatus uir. Alla. ...
... Cum S. Mathei. ad hyo.
transisset ihesus: uidit hominem sedentem

multi publicani et peccatores uenientes
discumbebant cum ihesu et discipulis eius. Et ui-
dentes pharisei: dicebant discipulis eius.
Quare cum publicanis et peccatoribus man-
ducat magister uester? At ihesus audiens:
ait. Non est opus ualentibus medicus:
sed male habentibus. Euntes autem disci-
te: quid est misericordiam uolo et non sacrificium.
Non enim ueni uocare iustos: sed pecca-
tores. Credo. Off. Posuisti domine. Secr.
Multiplicationibus beati mathei
apostoli tui et euangeliste quesumus ecclesie
tue domine commendetur oblatio. cuius mag-
nificis predicationibus erudimur. Per. Pf.
Qui ecclesiam. Co. Magna est gloria. Pco.
Perceptis domine sacramentis beato
matheo apostolo tuo et euangeli-
sta interueniente deprecamur ut que pro
illius celebrata sunt gloria. nobis proficiant
ad medelam. Per. C. f. S. Mauricii.
sociorumque eius. Multe tribulationes.
Annue quesumus omnipotens deus. ut nos sanctorum
tuorum mauricii. exuperii. can-
didi. uictoris. innocentii. et uitalis.
ac sociorum eorundem letificet festiua
sollempnitas. ut quorum suffragiis
nitimur. natalicis gloriemur. Per.
Epistola. Iustum perfecit. Gr. Gloriosus deus.
Alla. Te martyrum. Ewg. Descen-
dens ihesus de monte. Off. Letamini. Sec.

moratione referimus et prauitque eorum honore sunt grata, eorum nobis fiant intercessione perpetua. Co. Dico autem. Postco.

Celestibus refecti sacramentis et gaudiis. supplices te rogamus domine. ut quorum gloriamur triumphis protegamur auxiliis. Per. C. G. S. Tecle uirg. Or.

Presta quesumus omnipotens deus: ut sancte uirginis tue tecle cuius uictoriosissima tibi complacuit passio. clementie tue nos commendet intercessio. Per. Secr.

Sancte tecle uirginis et martyris tue domine deprecatione quesumus munera nostra sanctifica et ab omnibus contagiis humane prauitatis per ea nos clementer emunda. Per. Postco.

Mense celestis participatio quesumus domine corpora nostra mentesque sanctificet. et sancte uirginis et martyris tue tecle gloriosa deprecatio ad uitam nos perducat eternam. Per. C. D. Scorum Cosme et damiani mr. Sapientiam scorum. Gla. Intr.

Presta quesumus omnipotens deus: ut qui sanctorum tuorum cosme et damiani natalicia colimus. a cunctis malis imminentibus. eorum intercessionibus liberemur. Per. Epta. Benedictus deus et pater. Gr. Clamauerunt iusti. All. Qui sederit. Ewg. Attendite a fermento phariseorum. Of. Gloriabuntur. Sec.

Sanctorum tuorum nobis domine pia non desit

Protegat domine quesumus populum tuum et participatio celestis indulta conuiuii et deprecatio collata sanctorum. Per. C. F. Sci Michael Archangli.

Deus qui miro Gla. Intr. ordine angelorum ministeria hominumque dispensas concede propicius: ut quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur. ab his in terra uita nostra muniatur. Per.

In diebus illis. Significauit deus que oportet fieri cito: loquens per angelos suos seruo suo iohanni qui testimonium perhibuit uerbo dei: et testimonium ihesu christi ibus quecumque uidit. Beatus qui legit et qui audit uerba prophetie huius. et seruat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Iohannes septem ecclesiis que sunt in asia. gratia uobis et pax a deo qui est et qui erat. et qui uenturus est. Et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt. et ab ihesu christo qui est testis Apocal. iohis apli.

sua. Off. Posuisti dne. Secr.

Ad altaria tua dne ueneranda cum hostiis laudis excedimus: fac qs ut eam indulgentiam nob obtineat ex fauore. P. Co. Magna e glia. Pco.

Sacramentis dne et gaudiis ob tata celebritate expletis. qs ut eius p[re]cibus adiuuemur. cuius recordationib; exhibentur. P. dnm nrm. In Nat. uni Martyris. Ad missam Introitus.

Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. Ps. Exaudi ds oratio. s a e. Al.

Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo domini in atriis domus dei nostri. V.

Bonum est confiteri. s a e. Al.

Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum. V. Dne dns nr. s a e.

Probasti domine cor meum et uisitasti nocte igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas. V. Exaudi a pascha usq; ad pentecost. i. euuc. f. dne iust. s a e.

Protexisti me deus a conuentu malignantium alleluia a multitudine operantium iniquitatem alleluia alleluia alleluia. V. Exaudi ds or. s a e.

Presta qs omps ds: ut q beati .N. Or. martyris tui natalicia colim9. intercessione eius in tui nominis amore roboremur. P. dnm. Sapientie.

Beatus uir qui in sapientia sua morabitur: et q in iusticia meditabitur: et in censu cogitabit circumspectione dei. Cibabit illum pane uite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur: et continebit illum et non confundetur. et exaltabit illum apud proximos suos. Et nomine eterno hereditabit illum: dns ds nr. Sapie.

Iustus si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim uenerabilis est non diuturna: neq; numero annorum computata. Cani sunt autem sensus hominis: et etas senectutis uita immaculata. Places deo

M 31

[tran]slatus est. Raptus est ne malicia mutaret intellectum illius: aut fictio deciperet animam illius. Consummatus in brevi: explevit tempora multa. Placita enim erat deo anima illius. Propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum. Quoniam gratia dei et misericordia est in sanctos eius: et respectus in electos illius. lc. lc. Sapientie.

Beatus vir qui inventus est sine macula: et qui post aurum non abiit, nec speravit in thesauris pecunie. Quis est hic et laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo et perfectus est et erit illi gloria eterna. Qui potuit transgredi et non est transgressus: et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino: et elemosinas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Ad Thimoth.

Karissime. Nemo militans deo implicat se negociis secularibus ut ei placeat cui se probavit. Nam et qui certat in agone: non coronabitur nisi legitime certaverit. Laborantem agricolam: oportet primum de fructibus percipere. Intellige que dico. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor esto dominum ihesum christum resurrexisse a mortuis ex semine david secundum evangelium meum in quo laboro usque ad vincula quasi male operans. Sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: ut et ipsi salutem consequantur. que est in christo ihesu: cum gloria celesti. Sapientie.

[...]entiam sanctorum: honestavit illum in laboribus et complevit labores illius. In fraude circumvenientium illum affuit: et honestum fecit eum. Custodivit illum ab inimicis: et a seductoribus tutavit illum. Et certamen forte dedit illi ut vinceret: et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hec venditum iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberavit eum. Descenditque cum illo in foveam: et in vinculis non dereliquit illum. Donec afferret illi sceptrum regni: et potentiam adversus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit: qui maculaverunt illum. Et dedit illi claritatem eternam: dominus deus noster. Ad hebreos.

Fratres. Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor non escis: que non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod et ihesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum: extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra: improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem civitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo: id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficientie autem et

les dn̄o. uota iustorum placabilia. Qui se
quitur iusticiam: diligatur a dn̄o. tē t.
Expectatio iustorum leticia: Sapientie.
spes autem impiorum peribit. Fortitudo
simplicis uia dn̄i: et pauor his qui ope
rantur malum. Iustus in eternum non commoue
bitur: impii autem non habitabunt in terra.
Os iusti parturit sapientiam. lingua
prauorum peribit. Labia iusti conside
rant placita: et os impiorum peruersa. Sim
plicitas iustorum diriget eos: et suppla
tatio peruersorum uastabit illos. Iusticia
rectorum liberabit eos: et in insidiis suis ca
pientur iniqui. Iustus de angustia li
beratus est: et tradetur impius pro eo. Simu
lator ore decipit amicum suum: iusti autem
liberabuntur sciencia. In bonis iustorum
exaltabitur ciuitas: et in perdicione impiorum
erit laudatio. In benedictione iustorum:
exaltabitur ciuitas. Sapientie.
Reddet dn̄s mercedem laborum sanctorum
suorum: et deducet eos in uia mirabi
li. Et fuit illis in uelamento diei: et in luce
stellarum nocte. Transtulit illos per mare
rubrum: et transuexit eos per aquam nimiam.
Inimicos autem illorum demersit in mare: et
ab altitudine inferorum eduxit eos. Ideo
iusti tulerunt spolia impiorum: et decanta
uerunt dn̄e nomen sanctum tuum. Et uictricem
manum tuam laudauerunt pariter: dn̄e deus noster.
Iusti autem in perpetuum Sapientie.
uiuent: et apud dn̄m merces eorum: et co
de manu dn̄i. Quoniam dextera tua teget eos.
et brachio sancto suo defendet illos. Accipi
ent armaturam zeli illius: et armabit cre
aturam ad ultionem inimicorum. Induent
pro thorace iusticiam: et accipient pro galea
iudicium certum. Sument scutum inexpu
gnabile equitatem: ibunt directe emis
siones. Et ad certum locum deducet illos:
dominus deus noster. Sapientie.
Iustorum anime in manu dei sunt: et non tan
get illos tormentum mortis. Visi sunt oculis
insipientium mori: et estimata est afflic
tio exitus illorum. Et quod a nobis est iter exter
minii: illi autem sunt in pace. Et si coram ho
minibus tormenta passi sunt: spes illorum im
mortalitate plena est. In paucis uexati
in multis bene disponentur. Quoniam deus temp
tauit illos: et inuenit illos dignos se.
Tamquam aurum in fornace probauit illos:
et in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt
iusti et tamquam scintille in arundineto
discurrent. Iudicabunt nationes: et domina
buntur populis. Et regnabit dn̄s illorum
in perpetuum. tē t. Sapientie.
Hii sunt uiri misericordie: quorum iusticie
obliuionem non acceperunt. Cum semi
ne eorum permanent bona: hereditas
sancta nepotes eorum. Et testamentis stetit
semen eorum: et filii eorum propter eos usque in e
ternum manent. Generatio eorum et gloria
eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pa
ce sepulta sunt: et nomina eorum uiuent in

omnis ecclesia sanctorum. Sapientie.

Stabunt iusti in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt: et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili: et mirabantur in subitatione insperate salutis dicentes intra se penitentiam agentes: et pre angustia spiritus gementes. Hii sunt quos aliquando habuimus in derisum: et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam: et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei: et inter sanctos sors illorum est. GR.

Gloriosus de us in sanc tis mirabi lis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua do mine glorificata est in virtu te dextera manus tu a confre git inimi cum. GR. Iustorum anime in manu de i sunt et non

oculis insipientium visi sunt mori illi au tem sunt in pa ce. GR. Clamaverunt iusti et dominus exaudivit e os et ex omnibus tribulatio nibus eorum liberavit eos. V. Iuxta est do mi nus his qui tribulato sunt cor de et hu mi les spiritu salvabit. GR.

Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. V. Posuerunt mortalia servorum tuorum escas volati libus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre. GR. Exultabunt

1551